



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancta Juliana virgine et martyre. Cap[itulum]. cxxxi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

vt in nobis virtutū germīna oriant: vt maiore vel iunio quādo segetes colligunt: vt nos manipulos bonorū operum deo nostro reddamus. In septembze quādo vne vindemiant: vt nos diuina charitate inebriari valeamus. In decembze quādo herbe moriunt: vt nos vicia carnis mortificemus. **Quare** autē tribus dieb' in hebdomada ieiunam' duplex similit' rō reddidit. **Pri-**mo quia sicut homo cōstat ex quatuor elementis quantū ad corpus: et tribus virtutibus quā ad animā: videlicet rōnali: concupiscibili: et irascibili. sic per tres dies quattuor annū tēporibus ieiunamus: vt quisquid in carne vel anima delinquit: deo per ieiunium exoluamus: sicut quaternarius ad corpus: ternarius vero ad animam refert. **Secundo** vt per hoc satisficiamus in die quicquid peccamus in mense. Nam singulis mensibus tribus diebus ieiunamus. Et fuit hec ieiunia in quarta feria: quia dñs a iuda ea die veditus fuit. In sexta: quia in cruce pepedit. In sabbaro: quia in sepulchro iacens discipulis tristitia dereliquit. Hec ex summa de officio iohannis belety: et ex dictis damasceni et gnelmi.

De sancto Onesimo discipulo. Cap. cxxx.



Onesimo discipulo

lus apostoli pauli: seruus fuit philemonis nobilis colose. cuiusdē apostoli familiarissimū. **Ubi** a dño suo fugiens romā ad apostolum iam in carcere detentū venit: et sedule ministravit. Quem paulus ad xpm conuertit et baptizauit. Et ad dominum cum epistola que intitulat ad philemonē christianū et correctū remisit. In qua epistola paulus philemonē rogat: vt onesimo delictū ignoscatur: et ipm vt christianū et confratrē benigne suscipiat. Quem philemonē apostoli intuitu manus misit: et ipm ad eum remisit. Apostolus vero ipm episcopū ephesi ordinauit. Qui peracto predicti carionis officio post passionē pauli iterū romā rediit: vbi et pro fide christi lapidatus occubuit. Corpus eius inde ad locum vbi fuerat epus constitutus: delatum est. Qui passus est. xiiij. kalen. martij: vt dicit ado.

De sancta Juliana virgine et martyre. Cap. cxxxi.



Juliana virgo

et marit' passa est in ciuitate nicomedea tēpore maximiani imperatoris. **Hec** aphyrican nobilis et gentilis filia ex eadez vrbē oriūda ab annis infantibus christiana: tradita est in sponsa a pte cuiusdā eleusio prefecto. Quam cū sponsus traducere vellet: et virgo domini sibi copulari nollet:

nisi fieret christianus: fecit eā pater suus exponi et grauer ceddi. Sicque flagellatā tradidit prefecto sponso eius. Ille ergo eam sibi presentatam et dudū examinatā: cum diceret se nullatenus sibi populandam: nisi fieret christianus: iratus iussit virginem extensam a quatuor sibi iniuicē succedentibus virgibus crudeliter ceddi: deinde per sex horas capillis appendi: et post hoc plumbum liquefactū in caput ipsius profundū. **Quod** cū nihil sibi nocuisset: eā cathenis ligauit: et in carcerem reclusit. Ad quā venit belial demō in specie boni angelus: et dicit: quod christus ipm ad eam miserat: et cuius sibi parte mandabat: vt dñs sacrificaret: ne in tormentis male deficeret. **Juliana** vero dubitans: cum lachrymis orauit: vt dominus sibi reuelaret quis esset qui talia suaderet. Factus est vox ad eam: vt ipsum apprehenderet: et quis esset confiteri cogeret. **Que** cum demonem tenuisset: interrogansque quis esset: dixit ei quod belial demon erat: et quod pater suus de elzebutū ipsum ad eam decipiendam miserat: qui et demōnes facit grauer flagellari quoties a christianis fuerint effugati. **Dixitque** quod erant innumerabiles demones: quia dicto beelzebub ad omnia mala perpetrata mittebantur. Ipse multa scelera committi fecerat: et nunquam ab alio quo christiano eo modo derentus fuerat. **Nam** adam et eam fecerat in paradiso preuiscare: et abel a cayn occidi: et populū in deserto ad vitulum adorandum conuertit: et tres pueros in camino ignis immisit: et iherusalem inflammari: et alia multa plurimis pessima opera perpetrari. **Tunc** iuliana manibus retrosum ipsum ligauit: et cum cathena qua vincata erat diuissime me verberauit. **Et** cum die sequenti iussu prefecti de carcere educeret: demonem post se trahebat ligatum. **Qui** cum misericordiam eius peteret: ne amplius de se ridiculum faceret: per totum forum illum traxit: et tandem in latrinā quādam proiecit. **Et** cum ante prefectum consistens christum confiteretur: in quadam tora extenditur: intantum vt omnia ossa eius usque ad exitum medullarum confringeretur. **Angelus** autē domini rotam cōminues virginem in momento sanauit. **Quo** miraculo viso centū viginti gentiles promiscui sexus ad christum conuersi sunt: et in confessione nominis christi decollati. **Deinde** in ollam plumbo liquefacto repletam iussu eleusij mittitur: sed plūbo velut suauis balneo tepesfacto virgo illesa educitur: qua educta plumbus ebullies prostrati: et septuagintaque gentiles ex circumstantibus interfecit. **Tūc** preses gladio caput eius amputari precepit. **Quā** demon quē verberauerat in specie iuuenis insequi cepit: et gentiles exhortari: ne sibi parcerent que deos vituperauerat: et se nocte precedente grauer flagellauerat. **Et** cū ipm virgo respuisset: auisugit demon: dubitans ne iterum se capere vellet. **Ducta** est igitur extra ciuitatem.

De sanctis in mēse february occurrētibus. Fo. lxxij.

et oratione premissa decollata est. Eius corpus sepelita senarix accepit: et eū in nauī derulit: ut romā ueniens ipm ibidē sepeliret. Sed orta tempestare nauis in fines campanie ad portus puteolanum impellit: et ibidē vno miliario a mare corpus uirginis sepelit. Etenus nō non post multo tēpore nauigās maris tēpestare cū trīgintaquattuor uirīs submersus est. Passa ē autem uirgo xpi. xiiij. kalen. martij.

De serō pollochronio epō et mar. La. cxxxij.

Pollochronius ep̄s et martyr: apud babylonā ciuitatem passus est sub decio cesare. Qui cū aduersus persas congressus esset: et habita uictoria multas ciuitates obrinuisset: ueniēs ad ciuitatē babilonicā pollochroonium ep̄iscopū xpianorum tenentē iussit cū presbyteris parmeno: elymate: et chrysofello: et diaconibus luca et mutio: quos fecit duci ad sacrificandū: et sacrificare nolētēs ac xpm cōfiterēs in custodia reclusit multis diebus. Interimq; in ip̄aybe templū saturno edificauit. Et cū ad nouum templum ep̄m cum eius clero duci fecisset: et ut sacrificia offerrent instaret: et pollochronius neq; sacrificare neq; uerbū aliqd decio respondere uellet interrogauit decius permentū cur ep̄s eorū mutus effectus esset: qui respondit: q̄ nō obmutuerat: sed os sanctū in stercoza coinquinare uolebat. Propter qd decio linguā parmenij precidit fecit: q̄ tamē ut prius experire loquebat. Tūc iratus decius iussit os pollochronij lapidibus contūdi. Et dū cedere emisit sp̄m. Post hec decius ambulās in ciuitate cordulā: parmenij et socios fecit uinctos adduxit: de quibus in eorū passione agef decimo kalen. martij. Corpus nō pollochronij ante templum dimisit. Quod duo reguli abdon et fenne xpiani noctu colligentes ante muros babilonie tumularunt decimotertio kalendas martij.

De sancto Sauino epō. La. cxxxij.

Sauinus ep̄s ciuitatis canusine claruit tpe torille regis gorbuz. Qui inter cetera dona sibi a deo concessa: spū pphetico claruit. Qd torilla rex gorbuz audies minime credidit: sed probare studuit quod audiuisset. Cū em̄ in eisdē partib; deuenisset: et a uirō deuinitatus ad eius deperā discubuisse: cū iam ep̄s longo sentio lumen oculorū amississet: puer ex more eidē patri poculū prebuit: sed rex silenter manū extendēs calicē puero abstulit: eūq; per se uice pueri epō porrexit. Tūc ille calicē accipiens: sed tamē ministrū nō uidēs dixit: uiuat ista manus uiuat talis minister. De quo rex letus erubuit: qz quis deprehensus esset: in sancto quod querebat inuenit. Cum autem sabinus longo sentio traheretur: archidiaconus

eius ep̄iscopatum ambiens: uinifus: et eius animū precio precibusq; corrupit ut mixto uino sibi uenenum propinaret. Qui refectionis hora ep̄scopo ueneni poculum obtulit: sed ep̄scopus eidem ut illud statim biberet imperauit. Tremefactus pincerna deprehensus se sentiens maluit moriturus bibere: quā penas pro tāta homicidij culpa tolerare. Tūc ad os sibi calicem posuisset: ep̄scopus compefcuit seq; uenenum bibiturum obtulit: mandans ut ad illos qui sibi dederat iret: etq; diceret q̄ sauinus quidem uenenum biberet: sed ipse minime ep̄scopus esset. Facto ergo signo crucis uenenum ep̄scopus bibit: et illesus permansit: eademq; hora archidiaconus eius alibi existens subito defunctus est: ac si per os ep̄scopi ad archidiaconi viscera mortiferum transiisset. Qui uisit in pace uir domini. xiiij. kalendas martij. Dec gregorius. iij. dial. cap. v.

De sanctis Maximo et Claudio socijs martyribus. La. cxxxij.

Maximus et claudius fratres canj pape et gabini presbyteri: et uxor claudij prepedigna et filij eius alexander et cucia preclarissimi genere et urbe: agente fratre eorū bino presbytero a sancto caio papa baptizati sunt. Ob hoc iussu diocletiani imperatoris tenti sunt a iudice iulio. Et maximus quidem capitalem sententiam accepit. Claudius nō cum coniuge et filijs in exilium deportati: deinde incendio cōcremati odoriferum martyrij sacrificium domino reddiderunt. Quorum corpora in mare apud ostiam iactata fuerunt. Sed eorum reliquias christiani requirentes cum corpore maximi iuxta muros ostie uerbis sepeluerunt. Qui passi sunt. xiiij. kalendas martij.

De sancto Symeone ep̄scopo et martyre. La. cxxxij.

Symeon ep̄s hierosolymitanus et martyr: p̄pinq; saluatoris fm carnē exstitisse dignoscitur ac filius cleoppe qui fuit frater ioseph iusti: ut dicit Hieronymus. Hic ut. iij. ecclesiastice hystorie habetur post sacrobium fratrem domini hierosolymorum pontifex: sub persecutione traiani imperatoris cum iam esset decrepitus: accusatus est ab attico cōsulari tanq; christianus. Qui ab eo tentus multisq; supplicis affectus: tandem crucis patibulo appensus martyrio consumatus est: omnibus qui aderāt etiam ipso iudice de eius patientia admirantibus: et q. cxx. annorum senex crucis patibulū pertulisset: qui passus est. xiiij. kalendas martij.

De sancto Sabino presbytero et martyre. La. cxxxij. i. iij